

Almansoris
Lib. X in medicinis

minum. Euouae. Laudes reddunt

pueri tibi rex sabaoth. Euouae. Qui

super tropheum per te factum exultant in

notentes. Xpistus nat

geli eorum semp[er] vid[en]t faciem patris. Euouae.

Cantavant sancti canticu[m] novu[m] ante sedem

dei et agni et resonabat terra in voces illoru[m].

Sc[tor]u[m] nitas
Euouae. Gl[or]i[o]sus d[eu]s.

Hi sunt qui cu[m]

Incipit liber almansoris abubecri arasi filii zacarie: qui vocatur almansor eo quod regi mansori composuit ysaac

In hoc meo libro regi cuius vitam prolonget deus aggregabo summas et aggregationes et flores doctrine medicinalis et hoc fiet compendiose dicam quod de conservatione et custodia sanitatis et curatione egritudinum et faciam istud quod sine intermissione fiunt ad scientiam necessitas perducit. et hoc quod est subtile ra... post acutum habentibus ingenium et consilium experimenti medicis. Causa vero quod raro solet accidere postponam et dimictam ea in quibus est nimia doctrine profunditas in arte. hunc autem librum in x. distinguam tractatus. et unicuique ipsi post tractatum postponam capitula literis alfabeti secundum numerum ipsorum ordine signata ut quod queritur cito inveniri possit. ut hoc autem cito inveniri possit continens et plere valeam continuum complexo ductatum et anni ... ut ipsi preterea domino regi placeam. eique incessanter adherere possim. Tractatus primus de figura et forma membrorum. Tractatus secundus. de notificatione complexionum corporum et humorum dominantium in ipsis et significationibus malarum particularum physionomie collectarum comprehensarum breviter. Tractatus tertius de virtutibus ciborum et medicinarum simplicium. Tractatus .4. de conservatione sanitatis. Tractatus .5. de decoratione. Tractatus .6. de regimine itinerantium. Tractatus .7. de aggregationibus et summis artis cirurgie et vulnerum et apostematum. Tractatus .8. de sanatione venenorum et de morsibus venenosorum animalium. Tractatus nonus. de curatione egritudinum que accidunt a capite usque ad pedes. Tractatus .x. de febribus et de hiis que sequuntur eas. ex illis que sunt necessaria ad sciendum preterea curationem ipsarum.

Capitula primi libri

De aggregationibus et summis iuvamenti membrorum quorum primitate ordine in primo hoc tractatur.
De forma ossium.
De forma musculorum.
De forma nervorum. absque
De forma venarum que procedunt
absque eo non sunt pulsatiles.
De forma arteriarum.
De forma cerebri
De forma oculi
De forma narium.
De forma auris et buanicl
De forma lingue.
De forma gule et ...
De forma pectoris et pulmonis
De forma cordis.
De forma meri et stomaci.
De forma intestinorum.
De forma epatis.
De forma splenis
De forma cistis fellis.
De forma renum.
De forma vessice.
De dicendis summis et coniunctionibus utilitatis istorum nutritionis.
De forma mirach.
De forma testiculorum et virge.
De forma mamillarum.
De forma matricis.

Capitula libri secundi

De summis colligentibus scientiam cognoscendi complexiones.
De signis corporis equalis.
De signis complexionis calide
De signis complexionis frigide.
De signis complexionis humide.
De signis complexionis sicce.
De signis complexionis calide et sicce.
De signis complexionis frigide et humide.
De signis complexionis cerebri et eius
De signis complexionis cordis fortis
De signis complexionis epatis
De signis complexionis pulmonis
De signis complexionis stomaci.
De signis complexionis testiculorum.
De dicendis floribus consequentibus que sunt necessaria et quibus fit iuvamentum ad cognitionem complexionum
De signis particularibus quibus testificatur cum aliis significationibus et quibus fit iuvamentum in quibusdam dispositionibus in cognitione complexionum.
De signis debilitatis membrorum.
De cognitione complexionis membrorum interiorum
De cognitione repletionis.
De cognitione quis .4. humorum fuerit perabundet.
De significationibus colere rubee.
De significationibus colere nigre.
De significationibus sanguinis habundantie flatus.
De significationibus somniorum.
De cognitione eminentis capitulorum.
De significationibus capillorum.
De significationibus coloris.
De significationibus oculi.
De significationibus supercilii.
De significationibus narium.
De significationibus frontis
De significationibus hominis labiorum et dentium.
De significationibus faciei et forme
De significationibus auris.
De significationibus vocis.
De significationibus cannium.
De significationibus risus.
De significationibus motuum.
De significationibus colli.
De significationibus ventris.
De significationibus dorsi.
De significationibus spatularum.
De significationibus brachiorum
De significationibus plantarum manuum
De significationibus pixidis et coxe cruris et pedis.
De significationibus passuum.
De significationibus audatie.
De significationibus timoris.
De significationibus hominis veloci ingenii et subtilis nature.
De significationibus cordis equalis et bone nature.
De signis hominis phylosofi.
De signis hominis habentis hebetem naturam.
De signis inverecundi.
De signis iracundi.
De signis luxuriosi mulierum
De moribus feminei animi.
De moribus eunuchi.
De agnitione quod necesse est observare in iudiciis et subtili inquisitione physiognomie.

Capitula tertii libri

Additio universalis per quam fit iuvamentum ad scientiam virtutes nutrimentorum et medicinarum.
De consuetudinis virtutibus seminum domesticorum ex quibus solet fieri panis.
De hiis que fiunt ex tritico ...
De virtute aque.
De virtute vini.
De potibus non inebriantibus inebriantibus
De carnibus et earum speciebus.
De virtutibus membrorum animalium.
De virtutibus quas acquirunt ciboria ex artificio
De virtutibus siliginorum.
De ovis.
De lacte et hiis que ex eo fiunt.
De virtutibus piscium
De seminibus et speciebus coquine necessariis. al'. necessarius.
De oleribus et que assimilantur ex eis in decoctione.
De onugillano et magnadhir et sabogath.
De fructibus et pomis.
De redolentibus sive ex arboribus sive ex arboribus.
De speciebus odoriferis
De unguentis et oleis.
De vestimentis.
De ventis et aere.
De civitatibus
De inunbahans et de virtutibus ...
De medicinis usitatis.

Capitula quarti libri

De dicendis aggregationibus conservande sanitatis et eius summis
De mensura motus et dispositionibus ipsius et temporis eius
De mensuratione somni et vigiliarum et iuvamenti ipsius et lesionis.
De regimine comestionis
De regimine bibitionis
De purgationibus corporis a superfluis humoribus.
De prandiis domibus et ...
De pronosticatione malorum ... tum antequam prevaleant ...

De actionibus aliorum exercitiorum.
De custodiendis consuetudinibus.
De assuefacta malitia ciborum in convenientium. ccccc
De nocumento vini auferendo
De aliis potibus que ponuntur loco vini. ccccc
De minuendo flobotomie et eius nocumento et quomodo debeat fieri.
De minuendo purgationes et eius nocumento et quomodo debeat fieri.
De minuendo vomitu et eius nocumento et quomodo debeat fieri.
De minuendo coitu et eius nocumento et quomodo debeat fieri.
De minuendo balnei et eius nocumento et quomodo debeat fieri.
De forma corporis laudabili.
De minuendo fricationis laborum cum cotidianis minuendi et eius nocumento et quomodo debet fieri.
De conservatione dentium. Scriptura
De conservatione oculi et eius claritatis
De conservatione auditus.
De cautela ejus qui transeuntur de uno ad aliud. cccc
De pestilentia et cautela eius
De regimine corporis tempore.
De regimine pregnantis et conservatione fetus ipsius.
De facilitate partus et regimine parientis
De regimine infantis. temporis
De eligenda nutrice et regimine
De regimine omnium etatum.
De operatione medici.

Capitula libri quinti

De furfuribus.
De casu capillorum.
De generatione capillorum in locis in quibus illos volumus.
De conservatione capillorum qui cadunt et de medicatione in initium calvitii
De scissuris extremitatum capillorum
De crispandis capillis
De planandis capillis.
De denigrandis capillis.
De regimine eius qui vult ne canities adeum appareat.
De rubificatione capillorum et faciendis eis glaucis.
De albificandis capillis
De eis que capillos abradunt ut non renascantur.
De illis que capillos destruunt semel. fieri
De illis qui destruunt odorem filo

illis que desuper prohibet adustionem soloti in corpore et sanatione eius que iam adussit.
De salsphati.
De albificatione faciei et cutis subtilitatem et clarificatione.
De rubificatione faciei.
De illis que colorem citrinat.
De illis que colorem denigrant
De illis que delent panum faciei.
De mediandis lentiginibus magnis et parvis.
De illis que aufert cicatricem ulcerum
De illis que aufert ruborem in facie existentem.
De illis que aufert inditatem expulsione sanguinis qui in loco in nocumentum remanserit in calorem in pulsum ... ut indi ... illa resolvantur.
De illis que aufert alguasen.
De illis que delet vestigia variola rum et ulcerum. pustulis
De pruritu et scabie et magis
De serre. De albaras.
De impetigine.
De morfea alba.
De morfea nigra.
De albaras. De lepra.
De ficubus vel cessis.
De nativitate palpebrarum.
De pediculis in palpebris existentibus
De ordeolo in palpebra
De grelle existente in oculo.
De eminentia oculorum.
De fetore narium.
De fetore oris.
De illis que occultant odorem alliorum cepparum et porrorum.
De illis que occultant odorem vini et fugant ex ipso.
De illis que prohibet fluxum crine tem ablutione ante somnum.
De illis que astringunt dentes et destruunt albatim
De prohibentibus corrosionem dentium
De prohibentibus motum dentium
De fistulitate anium pugnandi
De illis que aufert fetorem ascellarum
De illis que prohibet sudorem pedum
De illis que sudorem toti corporis bene redolere faciunt.
De diminutione fetoris urine et egestionis.
De custodia hominis motum ne fuerit et ne cito pueris.
De illis que prohibet ne puerorum

testiculi et puellarum mamille appareat magnitudo.
De illis que accidunt unguibus de feditate.
De scissuris faciei labiorum et manuum.
De tumore et pruritu que accidunt digitis in autumno et yeme.
De his que ingrossant corpus.
De his que macrum faciunt corpus.
De his que augent spermam et que valent ad erectionem virge.
De his que incisant vile membrum.
De his que extinguunt humiditatem vulve
De calefacientibus vulvam ... ua
De illis que accidunt in residuo coitu
De sanatione illius qui ex nimio coitu debilitantur
De illis que diminuunt spermam et virile membrum. ge erectionem.
De illis que valent ad impregnandum
De hiis que prohibet impregnari et que aborsum faciunt.
De hiis que minime faciunt bibere
De hiis que inebriant cito.
De hiis que allenuant ebrietatem et quibus ipsa cito aufertur
De cura ebrietatis.
De dolore capitis et de debilitate que fiunt ex ebrietate.

Capitula libri sexti

De cautela itinerantibus a calore et auferendo nocumento quod accidit eis ab ipso.
De cautela dierum canicularium et subtiliatione eorum que ex eis accidunt.
De sedandi siti et expulsione nocumenti eius.
De regimine eius qui per gelu voluit durum magnum et frigus
De sanatione congelati afrigore
De sincopi que fit ex fame et eius sanatione.
De regimine extremitatum digitorum manuum et pedum ne afrigore corrumpantur et subvenit si incepta fuerit corruptio et sanatione eius que corruptum est.
De immobilitate oculi generata.
De adustione et dolore que accidunt oculo ex frigore vel vento.
De sanatione debilitati et laboris magni.
De preparatione corporis ambulandum et regimine cibi itinerantibus
De ambulationis nocumento ex di

versitate aquarum
De mansionibus expeditionum
De regimine mare intrantibus
De prohibitione generationum pedicul lorum et destructione eorum que generantur
et illis que prohibet sordes. fiunt
De illis que prohibet scissuris que fiunt in calcaneis
De excoriatione que accidit ex equitatione vel calcamentis.
De casu vel percussione que fiunt in capite vel talia parte corporis.

Capitula libri septimi

De collectionibus et aggregationibus doctrine cirurgie.
De remollitione duritiei que remansit in ulceribus per coniungiam
De collectionibus et aggregationibus sanationis vulnerum et apostem
De medicinis generantibus carnem
De medicinis minuentibus carnem superfluam.
De his que consolidant vulnera.
De his que aperiunt magna apostemata et ne cum ferro aperiantur ...
De scrofulis.
De cancro. Cancro
De carbunculis
De apostemate calido
De apostemate molli et ventoso
De apostemate duro.
De nodis
De nodis argodedia.
De formica
De erisipila entis
De adustione ignis aque et olei bulli
De panaritiis
De sanatione ex punctione animalis.
De flomia ventosis
De ventosis,
De extractione telorum et spinarum
De sanguisugis.
De vena medine id est ciuili.
De plagis capitis et fractura eius
De deceptionibus.

Capitula libri octavi

De collectionibus et aggregationibus sanationis venenorum et morsus venenosorum animalium et cautela eorum.
De morsu tyrie
De morsu scorpionis.
De morsu algeranat
De morsu tarantule et assidib et arrinee.
De morsibus vesparum et apum et formicarum volantium. et dentium
De morsibus lacerte et lagarte fa

de cadu

C ill' que fugant serpentes venenosa aialia et inficiunt ea.
C morsu canis non rabidi et lupi et hominis
C morsu canis rabiosi.
C his q in potu receperint napellos
C his q in potu sumserint gipsum.
C ill' q in potu sumserint felle opardi
C his q in potu sumserint fel tirie
C his qui in potu sumserint summitates caude einne.
C his q in potu sumserint sudorem aialis.
C his q in potu sumserint cantaride l' stafisagria mortariu
C his q in potu sumserint opium.
C his q in potu sumser' iusquiamu
C his q in potu sum. mandragora
C his q in potu su. nuce metile
C his q in potu su. bengy.
C his q in po. sum. uis corriandri viridis
C his q in potu. sumserint fillum
C congelatione lactis l' sanguinis in stomaco.
C assiduitate q' compriunt ne fumus exeat abeis
C piscib; fris.
C lacte putrefacto.
C nucleis fructuum et olis q sunt viridia et q' sunt eis silia.
C aq q in potu sumunt ranas fluuiales l' q manent in fungis
C his q in potu sumunt leporem marinum.
C hi q in potu sumunt malum sirozeum.
C his q in potu sumunt gummam siluestrem.
C his q in potu sumunt siluestres anacardos.
C his q in potu sumunt oleandrum
C his q ledunt ex ymestione squille. lticas
C his qb; nocent semen urtie
C ill' qb; aq frigida potata nocuit
C his q in potu sumunt gipsum
C his q in po. su. litargiru.
C his q in po. su. argentum uiuum l' in quorum aure infusum fuit l' assiserit usisiue.
C his q in po. sumunt cerusam
C his q in po. sumunt. calcem et auripigmentum l' arsenicum sublimatum l' aistia de q fit sapo
l' in quorum ore mult' fumi arsenici intrauit.
C his qb; nocuit squama ferri l' q ei limaturam sumserint et eius. ferrie
C his q in potu. sumserint florem
C his q in potu sumserint calcisum, aut alumen et mistum de eo in potu consumserint,
C his q in potu sumunt titimallum ex quo multum solutum fuit
C his q assumunt eleborum album
C his q in potu sumserint eleborum nigrum et 9dristi et gilbenethy et artanicha.
C his q in po. sumserint donce.
C his q in po. sum. eufor bium
C his q in po. sum. meceríon.
C utitatib; medicine laxatiue et ue tificatione earum.
C ex eplo sinpotis medicine laxatiue
Capl'a libri noni
De cephalea et emigranea
De scotomia.
C frenesi.
C alopitia.
C graui dormitatione. sapros
C stupidis q sep habent oculos
C palisi graui.
C stupore et tremore.
C tortuum horis
C spasmo.
C epilensia.
C incubo.
C melancolia.
C catarro.
C flegmonib; oculorum
C uulnib; q fiunt in oculis.
C his q extrinsecus cadunt in oculis
C macula oculorum.
C scabie et sebel
C puritu q fit in antrori angulo oculi.
C ungula oculi
C rubedine oculorum.
C lacrimis
C obsitate uisus
C tumore palpebrarum
C pil' palpebrarum q curuati ingrediunt oculum
C cateractis
C ill' q post occasum solis nichil uident.
C dilatatione pupille
C fistul' q fiunt in interiorib; anglorum oculorum
C dolore auris.
De uulnere auris.
C sonitu et tinitu auris
C grauedine auditus.
C utatib; aurium l' de aialib; in tantib; aurem.
C his q' extrinsec' in aure cadit l' q ea ingrediunt.
C sanguine fluente ex narib;
C uulnib; q fiunt in interiorib; partib; narium.
C polipon narium et emorroidib; ipsarum.
C obmissione olfactus.
C dolore dentium. Cetra
C corrosione dentium a impostema
C stupore dentium a congelatione.
C dolore dentium ex fetu uersum
C gula
C fluxu sanguinis exiguus
C casu uule.
C sanguisugis q bibunt.
C his q inhnt gula.
C grauedine lingue.
C magnitudine lingue
C nodo q sublinguam nascitur et dr ranula
C apostematib; q fiunt in lingua.
C cauguamich.
C tussi.
C asmate
C plesi.
C plimonia
C sputo sanguinis cum tussi l' uomitu ul' mistatione.
C tisi. De pulsu cordis
C colica passione.
C distemitatib; stomaci.
C dolorib; et nascentis stoi.
C singultu.
C caninio appetitu
C dolore epatis
C yctiria.
C ydropisi.
C dolore splenis.
C colica.
C fluxu uentris.
C difficultate mingendi.
C lapide.
C nascentis renum ul' uessice
C dolore q fit in inictu.
C mictu sanguinis l' pus.
C hiis q non possunt retinere urinam
C bubunis et innib; q nascitur in uentre ul' ano.
C emorroydib; fistul' et ragadibus q fiunt in ano.
C exitu matricis et ani.
C districtione mestruorum.
C fluxius immie l' uulua.
C plagis et cancro q fiunt in matrice l' in uulua.
C prefocatione matris l' uulue
C mola.
C ruptura inguinis.
C podagra et sciatica.
C gibbositate
C uaricib;
C elefantia.
C uulnerib; laborum.
C dolorib; ex flexorib; mebro
Capitula libri decimi.
De plagis terciar. x.
De febre effimera
C ethica.
C tertiana.
C causonide
C sinocho.
C gnrib; pulsuum q sunt. x.
C cotidiana q uocat flan
C quartana.
C febrib; continuis.
C febrib; comistis l' ermaticis q accidunt d. q. i. q. l. d. c. in. c. l' p ampli spatium.
C de febrib; ex qb; accidit cal' et frig' simul.
C frigorib; febricitantib; ex qb; non calefit patiens.
C febre sincopali q fit ex malitia humorum et eorum acuitate.
C febre sincopali q fit ex multitudine humorum a contra
C febr; contrariis aspera be
C febr; q fiunt ex pestilentia.
C febr; apostematis
C uariol' et morbillo.
C hiis q' scia et necessaria ad regimen patientium cognoscere anim
C signis bonis
C signis malis
C cognitione more febris
C cognitione temporum febris
C cognitione dignitatis materiei.
C crisi
C significationib; pronosticantib; crisim.
C cognitione speciei euacuationis per quam fiet crisis.
C significationib; pronosticantib; bonitate crisis ul' malitia l' perfectionem ipsius l' diminutionem
C dieb; creticis.
C urinis.

De egestionibus.
De regimine patientium egritudines acutas.
De regimine convalescentium.

Tractatus primus de figura membrorum et forma. cuius capitula sunt xxvi. De forma ossium

Creator omnium deus ossa condidit ut per ea corpus sustentaret et rectificaret. Quia vero unam corporis partem sine alia aliquando moveri necesse fuit non unum tantum os in toto corpore fecit set multa quibus diversas tribuit figuras ut ab his apta foret que per ea fieri necesse est. Omnium autem necesse fuit ut quedam eorum que componuntur que singulariter moventur ea eadem suberet copulatione quam extrema unius ossis extremitate pararunt et cum alterius ossis extremitate continuavit. Hec autem subligamentum vocatur quod est corpus album durum non habens sensum. In uno et ossis extremitate additamentum fecit rotundum. In altera autem extremitate ossis concavitate predicti additamenti capacem condidit ut in ea collocaret. Ex huiusmodi dispositione ossium pervenerunt iuncture ex quibus apta fuerint membra moveri. Quia simul quoniam separatim ossium est ligamentum non prohibuerit quin membra insimul ac si unum esset tantum membrum moverentur. Nam cum totam manum movere volumus eam cum iunctam habemus ac si mea unum tantum esset os motum non movebimus manum. que in eo aguntur cubiti non prohibemus neque iuncture neque digitorum. Unam autem ipsius partem si absque alia aliquando movere volumus cum iunctam illi brachium illum faciemus. Ob hoc igitur duos motionis modos animal habuit particularem videlicet et universalem per unumquemque quorum prout esset ei necessarium moveretur. Sed quia ossa ex sua essentia non moventur sed per motorem et admodum patientium continue fuerit eis apponere sensus et motus. et ipsorum originem id est cerebro continuatos quidam nervos. Nervi non ubi non per se ut simplices sunt ossibus coniunguntur. cum membra vero que sensu indigent et non motu. nervos habent tamen sensibiles quorum sensus non multum subtilis est. Coste habent nervos sensibiles iunguntur sed prius carne et ligamentis miscentur. Nervi vero si per se grandi membro coniungerentur vel nullo modo vel debiliter ipsum moverent. Quam obrem nervus antequam ad membrum perveniat quod per ipsum moveri debeat. dividitur in subtiles et minimas partes carnis et ligamenti. In ipsis divisionibus contexuntur et quod ex toto provenit musculus vocatur. Et est hoc corporis magnitudo secundum mensuram membri quod per ipsum moveri debet et situs eius est in parte versus quam motus ipsius membri fuerit. Postea vero ex una duarum musculi extremitatum que scilicet est versus partem membri quod movetur. quoddam nascitur subtile quod corda vocatur. Ipsum autem est corpus compositum ex nervo quod ad membrum dirigitur et ligamento quod ex osse ortum fuit quod est sepimentum carne que inter illa duo in medio iacentem erat. Corda vero protenditur quousque ad inferiorem extremitatis membri quod per ipsum debet moveri coniungatur. ex qua dispositione contingit ut ex prima retractione que musculus versus partem suam radicis trahit corde. fortiter trahitur ut membrum cum sua totalitate moveatur et est inferiori extremitati eius continua. Cerebrum quod fecit deus ut sensuum origo esset et motus voluntarii et ab eo producit nervos qui membris continuantur et dat ei sensuum et motionis modos. Nos vero ostendemus unde oriantur nervi cum de eorum tractabimus anothomia. Et quia partes corporis inferiores que a cerebro valde remote sunt et sensu et motu indigent. motum autem et sensum sine nervis habere non possunt. Nervi quidem si a cerebro recta perte (?) deterentur via ex longitudine sensus debilitarentur. Unde eorum protensio non firma foret nec fortis. fecit deus sub cerebro foramen per quod partes cerebri producuntur quod nucha vocatur. que nobilis erat ad ipsius custodiam dorsi spondiles et sub serie ossa fecit que ad cerebri custodiam erunt eo duriora ossa. Quam taliter munitam secundum corporis longitudinem plagam equa et cum maliciem membri directe que ei approximat nervos produxit qui per spondilium foramina exeuntes ipsis membris continuantur sensum eis dantes et motum. Cerebro igitur figere sive eveniat accidente toti corpori sensus aufert et motus. Nuche vero si accidit membris quibus nervi ab illa parte nuche protendentes coniunguntur et que sub eis sunt motus aufertur et sensus. Cerebrum enim sicut fons sensuum est et motus voluntarii. nucha vero sicut fluvius magnus ab illo manans. Nervi autem que ab ea manant producuntur sicut rivuli parvi ex fluvio exeuntes. Fonti vero cum aliquid accidit impedimentum erit certe. Cum si rivulis evenerit nocumentum erit parvum loci ad que ipsi rivuli diriguntur. Hoc scire non quisque oriatur nervus et ad que membra dirigitur in arte medicine est perutile. quod et 6 in libro de passionibus interiorum membrorum testatur sic inquiens. quidam in itinere romano de mulo lapsus super lapidem cecidit a quo unus ex spondilibus lesa fuit. ex eius lesione digiti auricularis et medii ad ipsis dirigunt moverentur. Quibus medici emplastra et alia medicamina superponebant ex quibus eger nullum sentiebat iuvamen. Quod G. cernens eadem medicamina spondilibus a quibus nervi qui ad predictos nervos digitos protenduntur superposuit et sic in brevi eum restituit sanitati. Nervi que in principio sunt exeuntes a cerebro vel nucha multum molles sunt et ipsi cerebro vel nuche similes. Cum autem magis elongari incipiunt induruntur donec perfectam formam nervorum susceperint. Iuvamentum igitur nervorum summa est quod ipsi sunt instrumenta per que sensus et motus omnibus tribuuntur membris et transfunduntur. Unde si ex transverso incidantur aut sensus aut motus membri aut utrumque destruitur ad quod ipsi diriguntur. Nucha vero si constringatur aut ex transverso incidatur sensum et motum omnium membrorum quorum nervi ad locum perveniunt que sub illa sunt incisione auferunt. In longitudine autem licet ipsi incidantur non tamen multum impediunt. Similiter quia in motu nervorum incisio si accidat in longitudine non magnam fieri erit lesionem. Ex transverso autem si acciderit actio eorum destruetur secundum mensuram qua incisio penetratur et parte versus quam penetratur. Cerebrum autem post hoc quod ipsum est origo sensus et motus voluntarii. est et sedes fantasie. imaginationis cogitationis et memorie fundamentum. Imaginatio quidem in duobus ventriculis anterioribus perficitur. cogitatio vero in medio expletur. memoria vero posteriorem possidet ventriculum. Cor vero fecit deus ut esset fons et origo innati caloris. et ut ab eo totum corpus calefieret. partes arterias que ab ipso ad omnia membra procedunt. Unde si aliquod membrum arteriam amiserit que ad ipsum venire consueverat congelabitur et sensus eius indurabitur donec prius destruitur et postremo quoque motum reddet. Musculi enim et nervi non ex ipso cerebro ut in sua consueverunt natura et ut suas perficiant actiones quantum innati caloris indigent virtutum. quam obrem arterie eis transfuse sunt. Et quia animal super vegetabilia habet est primum iuvamen quod a corde tenetur. est primum iuvamen quod a corde tenetur. Quod autem a cerebro recipit est secundum quod est perfectio et atque tota actionis intentio et voluntas prima fuit. Quod autem ab epate suscepit iuvamen est ei cum vegetabilibus commune non est recipit ab eo non nutrimentum et incrementum. Sed quia cordi ut in sua conservaret natura aeris attractio eo frigoris necessaria fuit et infusus concavitatibus aeris calefacti expulsio facta sunt ei aere ac trahendi expulsio instrumenta pectus videlicet et pulmo. Et inter ipsa et cor continuitates et foramina posita sunt per que aer attractus transire possit. sicut cum de hiis membris disponere tractabimus exercitium fiunt.

Epar autem ad sanguinis originem atque ipsius generationem factum est et ut ab ipso manantes vene ad omnia membra corporis dirigantur et ad ipsorum humectationem et sanguinis divisionem per totum cuique necessarium est. Quia omne nutrimentum et ipsorum conservatio que sicut fuerint remaneant, precipue et eorum incrementum fit quia crescunt. Nulla enim remanent ut fuerunt nisi ex quibus nichil dissolvitur, sicut est dispositio in lapidibus ut iacincto auro et vitro. Vel quia quod dissolutum est in eis restauratur, sicut aqua maris que licet cotidie magnam patiatur dissolutionem, tamen additione fluminum singulis diebus restaurationem suscipit, unde semper eadem forma fere remanet, bene custodita tanta quanta fuerat. Corpora vero animalium quia ex eis que dissolvuntur composita sunt et non fuit possibile ut animata in uno vel in suo statu permanere possent absque substantia nutrimenti. Sed quia nutrientia cum dissolutis non sunt speciei unius membrorum in corpore, adeo oportuit quod ipsa in dissolutorum similem permutaret. Nutrientia vero quando naturaliter convertuntur, scilicet quedam eorum partes convertuntur et assimilantur, partes autem alia remanent que humores superfluitates non suscipientes conversionem nec assimilationem eorum que dissoluta sunt. Que si in corpore remanerent, gravamen egritudinem magis generarent. Oportuna sunt ei expulsioni istorum apta et canales, et que nutritionis opere in membris perficitur, loca tria sunt superfluitatum genera. Una quidem est prime digestionis superfluitas que scilicet in stomacho fit et intestinis et vocatur stercus vel egestio. Alia vero secunde digestionis est superfluitas que in epate perficitur quando sanguis generatur, et ipsa quidem est colera rubea et nigra et urina. Hec autem tria a sanguine separata propria a quibus suscipiuntur receptacula habent, sicut fel colere rubee, splen melancolie, et urinam renes suscipiunt, sicut deinceps manifestiori tractatu cum de eorum formis loquemur membrorum. Digestionis vero tertie superfluitas que in omnibus fit membris que cum vel assimilatur, scilicet quod unicuique illorum delegatur, est sudor et sordities quedam que cum superfluitatibus ambus exeuntibus eis assimilatur, ut invallagines et lippitudines et similia. Preterea membrorum in corpore quatuor genera existunt, quorum tres sunt principalium que in vite conservatione valde sunt necessaria, quorum quedam sunt nutritionis instrumenta ut stomachus et epar et eorum canales et vene et vie que ad ipsa veniunt ut hoc et meri et reliqua vie que ab eis exeunt ut intestina. Et instrumenta caloris innati et conservationis ipsius quorum prima sunt cor et arterie, postea vero pulmo et pectus et quecumque alia valent ad aeris attractionem ut in suo loco dicturi sumus. Alia vero sunt eorum instrumenta sensus et motus et intellectualium actionum que sunt cerebrum nucha et nervi et musculi et corde, et que sunt similia vel necessaria et valentia ad complendas actiones et passiones. In unoquoque autem in istorum istiorum unum est principale et operans; alia vero fulcientia et ipsis in suis dispositionibus adiutoria. Instrumentorum vero nutritionis principale est epar. Sed instrumentorum caloris instrumentorum principale est cor. Et instrumentorum sensus et motus et intellectualium actionum est principale cerebrum. Unumquodque autem istorum alius autem omnibus conveniens est eis et indiget. Epar enim nisi omnibus aliis membris nutrimentum transmitteret, dissolverentur. Ipsum quoque nisi a corde calorem haberet, ei non conservaret substantiam qua sua compleretur actio. Cerebrum et si ab arteriis calefieret nec a nervis ab epate procedentibus nutriretur, ei non conservaret naturam, qua suas aptum est perficere attractiones. Musculi quoque pectoris nisi a cerebro moverentur aerem attrahi foret impossibile, nec cordis conservaret substantiam qua calor innatus qui est in corde evenerit. Quartum vero membrorum genus principale est instrumentum generationis que sunt matrix virga testiculi et vasa spermatis. Hec autem instrumenta non sunt necessaria unum prodesset singulare, sed ut species permaneat et conservetur. Quia enim dictum est quod sit habitudo corporis hominis ex corporibus facta dissolubilibus non durabilibus nec stabilibus, unde non fuit possibile ut unum singulare semper maneret, fecit generationis instrumentum per que saltem species durare posset. Ista autem que premisimus summe sunt et aggregationes de membrorum dispositionibus et ipsorum iuvamentis, quod totum nunc dicemus clarius

et secundum plures divisiones. Summas tamen colligemus non dimittentes. Verum libri non fuit intentio postrema omnia colligere. De forma cranei

Craneum naturale licet tamen non ex toto rotundum est in quo multa sunt foramina per que intus egrediuntur nervi et vene intrant et arterie. Ipsum quoque anterius in parte scilicet frontis, posterius in occipitio eminens est, in utroque vero aurium parte est latum. Foraminum autem omnium que in ipso sunt maius est illud quod est in occipitio per quod nucha egreditur. Ipsum preterea ex multis compositum ossibus, quorum unum alii coniungitur locus enim ubi coniungitur sutura conventioni similia appellatur. Cranio autem superiori coniungitur mandibula inqua maxille et dentes continentur superiores, que et ex multis componitur ossibus, quorum unum alii adherente similitudine coniungitur. Post hec autem mandibula est inferior in qua inferiores existunt dentes cui quidem ossa non adherente similitudine ut predicta sed solis coniungitur iuncturis. Inferior namque mandibula motu indiguit quare quidem superiori coniungitur mandibule in loco qui buphin vocatur. Hec autem dentibus exceptis ex duobus componitur ossibus que adherente similitudine in medio mentis coniunguntur. Est preterea sub cranio in parte posteriori quoddam magnum os quod inter ipsum craneum et superiorem mandibulam positum est a quo diminutio que in ossium invenitur figuris completur quod algafedi vocatur. Omnia enim cranei ossa cum numerata fuerint 28 erunt exceptis dentibus. Quorum sex illi cranei propria sunt et unum quod vocatur algafedi. Sed quod sex predicta sunt ossa. Et mandibule superioris 14 et inferioris duo. In una quoque mandibula sunt dentes 16, quorum duo sunt duales et duo quartum istos utrimque resolvunt secant que rapi nominantur, post quos utrimque sunt duo qui vocantur canini, post quos sunt 4 molares dextri et 4 sinistri, quinque tamen de molaribus diminuuntur, unus et unum sunt in 4 molarium autem superiorum quidam tres habent radices quidam 4. Inferiores vero molares duas tantum habent radices. Alii vero dentes una tantum radice sunt contenti. Sunt itaque omnia ossa capitis 44. Capitis autem inter maius foramen per quod nucha egreditur, prima ex spondilibus colli coniungitur, que quidem sunt 7. Hec autem duabus partibus sunt perforate per quarum foramina nervi prodeunt quod ad dextrum et ad sinistrum dirigitur latus. Post hec autem has dorsi spondiles que 17 sunt, 12 vero quarum spondiles pectoris dicuntur eo quod in earum rectitudine interior pectoris finium finitur. Quinque vero sequentes sunt spondiles alarum. Sunt ergo omnes spondiles que ab exitu nuche usque ad hos adalhanis existunt 24. Quidam tamen addunt unam vel minuunt quod parum est. Ex hoc vero loco os alanis spondilibus coniungitur. Quod ex tribus compositis partibus que sunt spondilibus similes sed ab inferiori molholos coniungitur quod ex tribus similiter compositum est partibus, quarum autem tertia que est inferior est alhosos que est cartillago ossis suosci. Ab unaquaque habet duarum predictarum spondilium utrimque minima quoque duarum partium egrediuntur nervi que ad illam corporis partem protenduntur et in illis dividuntur locis. Duo vero ancharum ossa quorum unum est in uno latere, alterum est in alio. Ossis vero quod est altius coniungitur unum ab una parte et alterum ab alia in quibus sunt ancharum pixides quas ossium capita que sunt in coxis ingrediuntur que et ipsorum vocantur vertebra. Iste autem sunt forme ossium et spondilium que sunt in posterioribus ab ortu nuche usque ad holohos. Nunc vero aliorum ossium formas que sunt sub collo incipiemus nominare, de quibus sunt duarum furcularum ossa et spatularum pectoris ossa manuum et ossa femoris et pedum ossa. Furcule vero hos exterius gibbosum est et interius concavum cui unum duorum capitum humero coniungitur et capiti ossis quod autorum vocatur. Aliud habet extremitatis summitatem pectoris coniungitur ut est piris gule. Spatula vero a parte que dorso supponitur lata est, cum qua caput cartillagine suum coniungitur. Parte vero qua furcule coniungitur est rotundi

in qua est pixis quam caput ossis quod nominatur aiutorium ingreditur. Pectoris autem ossa sunt torax qui ex septem componitur ossibus in quorum cuiusque extremitate est cartillago. Quorum principium est a pixide gule. finis uero circa fere partem sub mammillis qui locus est angustior omnibus locis que sunt inuente quem cum palpatur mollia inuenies ossa non habitura. Coste uero in unoquoque latere sunt .xii. que curue sunt quarum omnium est media longior. Quarum septem unam duarum extremitatum .q. .s. est posterior dorsi spondilibus continuantur. Que uero anterior est uni ex ossibus que in torace sunt cum capite cartillaginoso continuantur. Ex his uero .v. curuantur ita que toraci non continuantur. quarum extremitates cum premuntur intus flecti reperiuntur que posteriores uocantur coste. Quo subtiliter diuertere existit totum molle eius ad inferioris ossa. Nunc autem manuum et pedum ossa nominabimus. Ossium quidem os primum illud est quod aiutorium uocatur. Quod est hoc unum extrinsecus gibbosum intus concauum. cuius caput spatule pixide ingreditur per quantitatem quam in spatula est ei hec igitur una suarum extremitatum. altera uero extremitas cubitum est. in quo est rotula in sinistro auriendi aquam similis quam superioris focilis ingreditur extremitas. Duorum uero focilium longitudo est a cubito usque ad rasetam. Quorum unum quod est minus, superius uocatur focile. Aliud uero quod est inferius uocatur maius. quorum unumquodque in suis summitatibus que a parte rasete sunt additamentum concauum habet per quod fit iunctura que existit inter rasetam et ipsa. Raseta autem ex .8. componitur ossibus quorum .4. in duobus dispositis ordinibus. Alia .4. eodem ordine disposita in longitudine coniunguntur. que cum multum dura sint medulla carent. quorum figura est curua. ex qua raseta figuram aptam percipit. Post rasetam uero est pecten quod ex .4. componitur ossibus que ossibus rasete quibus ligamentis ualde firmis continuantur. Pectinis uero ossibus digitorum continuantur ossa. que in unoquoque eorum sunt tria. Quorum unum alii in extremis confirmatis ligamentis continuantur. Omnia igitur manus ossa sunt .30. Os enim si aiutorium nominatur et ossa duo que focilia uocantur. Rasete quoque ossa que sunt .8. et ossa pectoris que sunt .4. et .15. que sunt digitorum .v. os autem pollicis primum superioris focilis extremitati continuatur in loco iuncture ample et laxe. Quod ideo factum est quia maiore indiguit motu ut reliquis .iiii. digitis coniungi possit. Ossium uero pedis primum est coxe quod est unum extrinsecus gibbosum intus latum. Cuius superior extremitas est rotunda que coxe uocatur uertebrum. hec quidem anche pixidem ingreditur a quibus prima iunctura pedis fit. Eius uero extremitas inferior pixidem maioris duorum focilium cruris ingreditur. Duorum uero focilium cruris a genu usque ad calcaneum protenditur. Quod autem ex his duobus maius est inferius uocatur focile quod et altitudine longius est. minus uero focile uocatur superius. horum autem focilium summitates calcaneo continuantur. a quibus tertia pedis oritur iunctura. Iuncture autem que in genu est superponitur hos rotundum cartillaginosum quod genu oculus nominatur et a quibusdam uocatur mola. Calcaneo uero in inferioribus os quod uocatur nauicula coniungitur. Inferius autem cuidam coniungitur ossi quod alibi uocatur .q. quibus pedis raseta que ex .4.bus componitur ossibus continuatur. Ex quibus ad id quod est necessarium hanc aptam percipit formam. Raseta autem pedis continuatur pecten qui ex quibus componitur ossibus .v. quibus digitorum continuantur ossa que in unoquoque sunt tria excepto magno digito in quo tamen duorum sunt ossa. Omnia igitur pedis ossa .29. sunt. anche. s. unum. cruris duo et os calcanei et quod uocatur alibi et hos nauicule et ossa tria ex quibus componitur pedis raseta et alia .v. ex quibus pedis componitur pecten. digitorum quoque ossa .18. et os genu. Et cum

omnia corporis ossa numerata fuerint preter .6. numerantur .248. excepto osse quod est in pectine quod laude greci latine lecte hos sile nu[?] cupiunt cui hec figura est Λ. os quoque quod est in corde quod a quibusdam cartilaginis cartillago dicitur et ossa parua a quibus uacuitates que sunt in iuncturis replentes et uocantur sisamules excipiuntur. De musculis et forma eorum

Musculi qui in toto reperiuntur corpore cum sint .6. numerati fuerint et diuisi .529. inueniuntur a quibus preter non conuenit tractatum legimus. Musculum itaque ex carne et neruo et ligamento componi dicimus. Ipsi quoque uoluntariorum motuum sunt instrumenta. quorum figure sensuum diuersitate locorum preter eis necesse est diuersificatur. plures autem eorum ita ut caude sunt inuoluti protenduntur usque quo ad suas inferiores perueniant extremitates ex quorum extremitatibus que sunt exeunt corde que corda uocantur. Que quousque illi membri quod per ipsum mouere debet inferiori coniungatur extremitati porriguntur. Membrum uero per illam mouetur sic. Colligitur enim et a sue radicis partem retrahitur. unde totum membrum ad illam retrahitur partem ad quam colligitur musculus. Si autem membrum quod mouetur magnum sit. musculus quoque ipsum mouens est magnus erit et grossus. A quo autem una aut plures oriuntur corde que membro quod debet moueri continuantur. plerumque in uno motu membri multi musculi sibi inuicem auxilium prebent. Musculus autem quod paruum mouet membrum paruus est et subtilis musculus. Itaque quod est in costa et totum mouet eius ualde est magnus. Musculi uero superiores mouentes palpebras minimum parui sunt et subtiles. a quibus corda non oritur. Omne igitur membrum quod uoluntario mouetur motu. musculum habet quo mouetur. Quod si ad partes mouetur contrarias sunt contrarios musculos habet ab unaquaque quorum ad suam trahitur partem. et quando talitur mouetur. Musculus uero ei contrarius tunc quiescit actione. Cum autem quisque musculus in situ contraria positus suam simul perficit actionem. membrum tunc erectum erit in neutram duarum declinans partem. Ubi gratia manus cum a musculo quod est brachii partem trahitur in dextram inferius curuatur. Si uero a musculo quod positus in sinistra parte brachii trahatur extrinsecus flectitur. Cum uero ab utroque simul trahatur equaliter inter illa duo manebit et recta. Motus autem uoluntarii qui in corpore fiunt hii sunt. Motus autem qui est in cute frontis et oculorum et motus maxillarum et summitas narium motus et labiorum et lingue et epiglotis motus et motus mandibule inferioris et capitis motus et colli. et motus humeri et iuncture spatule motus. et motus iuncture que sunt a summitate aiutorii et brachii et motus iuncture focilium rasete et motus digitorum et uniuscuiusque suarum iuncturarum. et motus membrorum que sunt in uncturis et motus pectoris qui fit in attractione aeris et motus uirge et motus uesice quando per urinam retinendam clauditur et summitatis recti intestini motus. quod fit ut stercus exire prohibeatur. et motus mirach uentris et motus iuncture que fit ab anca et coxa et motus genu et motus iuncture pedis cum crure et motus digitorum pedis. Quorum unusquisque musculus habet figuras contractioni et extensioni aptas habentes quibus motus perfici possunt predicti. Quos omnes si inuestigare et distinguere ceperimus amittabimus nos liberos et peruenienus ad id ex quo non magis peruenit utilitas. Non est enim possibile ut musculorum forma ita aliorum membris nisi in figatur sermonibus sicut in ossibus et in neruis et arteriis. In his est frequens necessaria est in usus testificatio et studium multum. Ideo quia et musculorum que in membris sunt numerus tamen in conpendium dicemus. Itaque quod in facie sunt musculi .39. ex quibus ad oculorum et suarum palpebrarum motus sunt .24. ad mandibule uero motus .12. et faciei partibus que uoluntarie mouentur ~~.viii.~~ quorum unus est sub extremi

al' quingenti

al' dextra

al' quete

al' amittum

tute cutis frontis cum auxilio sit ut magis fiat oculi a pertio et alii duo a quibus narium movetur extremitas, et alii duo qui superius labium movent sursum, et alii duo qui labium inferius deorsum movent. Post hos vero duos sunt musculi qui movent maxillas. Musculi vero a quibus caput movetur et collum sunt 23. quorum quidam solummodo caput movent ad partem unamquamque musculus. alii vero cum capite movent collum. Et sunt alii qui ipsum movent sursum, et quidam eorum movent ipsum anterius, quidam vero posterius, et alii dextrorsum, et alii sinistrorsum. Linguam vero moventes novem sunt. Qui autem gulam et epiglotum movent sunt ~~12~~. Inclinabilis autem spatule motores in omni latere sunt vii. qui omnes ipsi per se cum motus ab unaquaque parte et sunt 14 qui adiutorium movent. Adiutorio vero ab unaquaque parte supponuntur .x. quorum duo sunt qui intus brachium trahunt in directum et duo qui sunt in sinistra parte ipsum extendunt. Sunt et in unoquoque brachio .18. quorum x. in parte locantur silvestri et septem in parte locantur domestica a quibus manus intus et extra et ad partem pollicis et auricularis moventur et contrahuntur digiti et extenduntur. In unaquaque manu ab unaquaque parte sunt ~~xviii~~ a quibus digiti ipsius pollicis et ipsius auricularis moventur. Ad pectoris vero motum .101. musculi sunt constituti quorum quidam dilatant alii vero ipsum constringunt. Qui vero omnes dorsi perficiunt motus ~~48~~ sunt. Et sunt alii octo qui ab inferiori parte toracis sunt super ventrem locati usque ad femur protenduntur quorum in longitudine quidam, quidam autem in latitudine, quidam vero in oblicum extenduntur a quibus omnes ventris motus qui constringendo fiunt vel comprimendo perficiuntur horum auxilio. Alii sunt motores in masculinorum quoque testiculis .iiii. inveniuntur musculi preter .iiij. qui sunt moventes virgam. Est et unus qui vesice collum constringit ne involuntarie urina egrediatur. In longaone sunt .iiii. qui ipsius orificium tenent ne stercus involuntarie exeat. Coxis autem sunt 26. a quibus coxe moventur quorum situs est supra coxis. Coxis vero xx. supponuntur qui crura movent. Pedis autem motores et quorundam suorum digitorum suppositi sunt cruribus ~~28~~. Ut autem reliqui pedis digiti moveantur super pedes .22. sunt locati. capitulum

Nervorum origo aut a cerebro est **De origine nervorum** aut a nucha. Nucha autem a posteriori parte cerebri egreditur que primum involvitur cerebrum quas cum de cerebro tractabimus anatomia nominabimus. Spondilibus vero quo operitur vel quo pervenit ad os quod ut diximus alohos vocatur. Ab hac autem nucha per unamquamque duarum spondilium iuncturam unum nervorum par egreditur. Quorum unus dextrorsum, alter sinistrorsum tendit. Quod tandiu est sed quousque pervenit ad finem alohosos atque inde nervus pari carens egreditur qui impar dicitur. Item sunt a cerebro egredientes partes inveniuntur quorum unus dextrorsum, alius vero per eundem est sinistrorsum dirigitur. Primum vero horum .vii. parium nervorum qui a cerebro procedunt duos habet nervos qui in anteriori cerebri parte oriuntur et oculis directe sensum visus eis tribuunt. Quorum unusquisque concavus est qui cum a cerebro oritur aliquantulum ab eo elongati fiunt coniunguntur et exinde de concavitatibus una pervenit concavitas. Inde tamen quam egrediantur ex cuneo separantur. Quorum unusquisque a cuneo exiens oculo in parte sita existenti dirigitur. Par vero secundum quod post primum oritur per foramina que in sinu oculi sunt exit a cuneo et per oculorum musculos spargitur dans eis suos motus. Tertium vero par post secundum par oritur ubi finis cerebri venit ad secundum pervenit ventriculum. hos autem ventres postea dicemus. Quartum vero dicimus par quod est post ipsum augetur a quo postea separatum in quatuor dividitur partes. Quarum una adveniens sub diafragmate descendit. Aliorum vero quedam

per loca faciei et narium et aurium spargitur. Quedam autem pauci quod sequitur hoc par continuatur. Par quoque quintum post tertium exoritur par et per palatum spargitur dans sensum sibi proprium. Quintum autem par est per cuius unam partem audienti fit sensus et per aliam moventur musculi qui faciem movent. Par quoque sextum est cuius una pars transmittitur lingue. Alia vero musculis qui in spatulis sunt et in imbus qui sunt circa ipsas dirigitur. Alia vero eius pars per collum descendit que a se multos emittit ramos quorum quidam ad musculos qui sunt in epigloto vadunt qui cum ad pectus veniunt dividuntur in quorum partes quidam sursum revertuntur quousque musculis qui sunt in epigloto vadunt qui cum ad pectus veniunt coniunguntur. Alia vero per cordis capsulam spargitur et per pulmonem et meri et per loca hic incana. Modus vero ex hoc pari reliquum est quod est et eius maior pars que usque penetret diafragma protenditur et eius maior pars ori stomachi continuatur. Alia vero eius pars panniculo epatis et splenis coniungitur aliis visceribus ubi et tres paris partes quedam ei continuantur. Sed primum autem a posteriori parte cerebri a qua oritur nucha generatur quod per lingue et epigloti dividitur musculos. A nucha vero 31. paria nervorum exoriuntur et nervus unus qui caret pari. Quorum vii. a colli spondilibus oriuntur. Duodecim vero paria a dorsi spondilibus usque ubi dorso componitur pectus exoriuntur. Quinque vero paria que sunt post ista ex spondilibus contra renum que est inferior dorsi lateris ab inferioribus costarum spondilibus nascuntur. Ab osse autem alchous tria alia oriuntur post que alia tria ab osse alchosol supponuntur. Ab alaohosol vero summitate nervus pari carens exoritur ex medio eius. Primum autem istorum parium a nucha procedentium a prime spondilis colli foramine exoritur quod capitis ipsius per anteriores spargitur musculos. Par autem a foramine quod inter primum et secundum spondile exortum cutem continuatur capitis dans ei tactum. Musculus quoque colli coniungitur et maxillarum dans ei motum. Et par tertium a foramine quod est inter secundum spondile et tertium exortum in duas dividitur partes quarum una musculo qui movet maxillas transmittitur. Alia vero per musculos dispergitur qui inter utrumque locantur spatulas. Par quidem quartum inter tertium et quartum exoritur spondile quod in duo dividitur quorum unum posterius dorsi per musculos partitur. Aliud vero anterius protensum per musculos segregatur qui in directa eius sunt et supra ipsum. Quintum quoque par inter quartum et quintum egressum spondile in tres dividitur partes quarum una diafragmati dirigitur. Alia vero musculis qui caput movent et collum dirigitur. Alia autem ad musculos protenditur spatularum. Et sextum sit par inter quintum et sextum nascitur spondile. Septimum vero inter sextum et septimum spondile nascitur. Octavum inter .vii. spondile et ceterum nascitur ubi colli spondiles finiuntur. Nervorum vero ab his omnibus paribus procedentium quedam per capitis et colli musculos partiuntur et quedam per dorsi musculos et diafragmatis exceptis hiis qui ab .viii. procedunt pari. quorum nullus ad diafragma pervenit et quidam ad adiutorium et brachium vadunt et ad manum. Sexti quoque paris partes quedam ad spatularum diriguntur musculos alie adiutorium movent. Alie vero superioribus adiutorii partibus sensum prebent. Septimi inde paris partium quedam musculis mandantur qui sunt in adiutorio. Alie brachium movent. Alie quoque per adiutorii cutem dispergunt. Sensum ei dantes. Octavi quoque paris partes quedam per brachii cutem partiuntur ei dantes sensum. Alie vero ad brachium tendunt musculos manibus motum prestantes. Nonum item par inter octavum et nonum egreditur spondile ut dorsi spondiles initium sumunt. cuius quedam partes per musculos qui sunt in costis separantur. Alie vero per dorsi musculos partiuntur. quedam ad manum descendentes per eam segregantur sensum ei dantes et quedam ei motum. Decimum quoque par inter nonum spondile nascitur

al' modum
al' partium
al' inferioribus

& x. cuius una pars cum trecesima adiutorii tenet et sensum. Reliqua uero pars diuiditur. cuius quedam pars ammus progressa per musculos qui sunt intrinsecus constituitur. et per musculos qui uestiunt super pectus distribuitur. et alia eius pars per dorsi et spatularum musculos diuiditur. Et adhuc quedam motum progrediuntur et diuiduntur reliquarum parium neruorum usque ad nonum decimum. Par autem uigesimum est primum cum neruis ab inferioribus dorsi spondilibus exeunt. et inter .19. et 20. egreditur spondiles. Et adhuc modum inter spondiles .v. oriuntur paria quorum quedam neruorum uadunt ante et per musculos qui supponuntur uentri diuiduntur. alii autem per musculos pertinent. qui sunt super lumbos. Tria autem horum quinque paria neruis qui descendunt a cerebro miscentur. Reliqua uero duo paria que sub istis tribus existunt. ramos ex eis magnos mittunt qui ad crura descendentes usque ad pedum extremitates perueniunt. Uiginti quoque quinque paria numero sunt prima. quia per tria ossium alachanis egrediuntur. Secundo autem osse horum trium parium. secundum exit adque actio. tertium procedit. Hec autem paria tria omnibus neruis miscentur. qui ab inferioribus partibus dorsi egrediuntur. quorum magna pars ad pedes descendit. Sed tamen paria simul cum nouo pari caterue ad hos exeuntia ad uirile membrum et ad musculum ani et ad uesicam et ad musculum que his locis positum procedit. De figura

Uene omnes ex gibbosa epatis **uenarum que procedunt ab epate** parte oriuntur. Epar enim intrinsecus concauum est extrinsecus gibbosum. secundum gibbositatem uero ipsius partem quedam magna oritur uena. que quidem cum parum elongata fuerit in duas diuiditur partes. quarum una que maior est ad inferiores corporis partes deriuatur. ut omnia membra uim repta ipsa imbibant. Secunda uero ad superiores corporis membrorum ibi libere superius uadit. Que usque adeo sursum tendit quousque diaflati contineatur. uero ipsa in duas diuiditur uenas. que per diafragma ut nutriant ipsum disgregantur que postea perforat diafragma. post cuius perforationem uene subtiles ab eis disgregate panniculo qui pectus in duas diuidit partes et cordis capsule atque glandule que a medicis uocatur mox continuatur et per predicta spargitur membra quorum formas in sequentibus demonstrabo. Postea uero quidam magnus ab eis separatur ramus qui unam duarum cordis auricularum dextre. scilicet continuatur et tres diuiduntur partes. Quarum una dextrum cordis ingreditur concauitatem que et maior alia existit. Secunda uero ea que extrinsecus sunt in cordis superficie circuit et per ipsum totum partitur. Tertia autem inferioribus partibus pectoris coniungitur et membra que ibi sunt nutrit. Que postquam pertransit cor in rectitudine dirigitur. quousque in furculo directo sit. Inde autem interius ramusculi ab ea subtiles in unaquaque duarum segregantur partium. que membra que in eorum longatur rectitudine que intrinsecus sunt repertos hunectat a quo cum in rectitudine ascelle fuerit uel circa ipsos imbibit. Extrinsecus et a se ramos emittit. qui musculos extrinsecus in predictorum membrorum rectitudine que intrinsecus sunt separatos humectat. A qua cum erectitudine ascelle fuerit ramus quidam magnus extrinsecus egreditur qui ad manum ex parte ascelle illius protenditur qui basilica nuncupatur. Hec autem in rectitudine sunt medietatis que inter duas existit furculas que iube uocantur in duas diuiditur partes. quarum una ad dextram altera ad sinistram partem tendit. harum autem unaquaque in duas iterum diuiditur partes. quarum una humero supposita ad manum a parte siluestri tendit et uocatur cephalica. Alia uero utrimque in duas diuiditur partes. quarum una per interiores colli ascendit partes quousque cranium ingrediatur et partes membrorum cerebri et suorum panniculorum ibidem repertas imbibit. Et in transitu eius ingreditur per collum usque ad cerebrum. rami subtiles ab ea diuiduntur qui in collo membra occulta humectant. hec autem uena guidegi occulta uocatur. Alia autem manifesta ascendit quousque per faciem et caput et oculos et nares diuiditur et membra hec omnia nutriat que et guidegi manifesta uocatur. Uena uero humeralis dum per cubitum transit rami quidem subtiles separantur a quibus ea que in adiutorio extrinsecus sunt manifesta imbibuntur. Similiter que ab ascellata segregantur uena rami subtiles qui occultas adiutorii carnes nutriunt. Et cum humeralis uena et ascellata prope cubiti iuncturam uenerint due ab eis separantur partes. Una scilicet ascellata et altera ab humerali et coniuncti descendunt quousque una ex eis fit uena que purpurata uocatur. Alia uero humeralis uene pars protenditur per manifestas adiutorii partes et sic facile altum transit et uocatur hec funis brachii. Ascellate uero pars altera que est inferioris loci per partem brachii que est in profundo transit que usque adeo protenditur quousque ad carpi inferioris focile peruenit. et fit ex uno suorum ramorum uena. que est inter medium et auricularem que saluatella uocatur.

Pars autem que a corde inferiori descendit super dorsi spondiles transit. que descendendo inferius porrigitur a qua rami egrediuntur qui ad renum fascias et suorum panniculorum et ad membra que his componuntur tendunt et ea nutriunt. A qua duo postea separantur magni rami qui renum ingrediuntur concauitates quibus post quos duos alii reperiuntur qui ad testiculos uadunt. Deinceps et ab eadem in directo cuiusque spondilis duo alii separantur rami qui ad utraque procedentes latera. membra que circa ipsa sunt uel occultata sunt ut matrix uel uesica. uel manifesta sicut uenter et ilia humectant que cum ad ultimum peruenit. spondilem in duas separantur partes quarum una ad dextrum pedem altera ad sinistrum tendit. Et ab his segregantur partes que coxarum nutriunt musculos quorum quedam sunt occulte que manifeste a quibus nutriuntur occulti musculi. quidam manifeste que manifestos humectant musculos. que iterum cum ad genua peruenit in tres diuiditur partes. quarum una per medium transit crurus cuius rami omnes nutriunt musculos et qui intrinsecus et extrinsecus reperiuntur. alia uero ad partem cruris domesticam tendit quousque adeo talo incedit donec sit cauillam inferiorem apparere incipiat et tunc ex ea fit uena que saphena uocatur. Pars uero tertia ad partem cruris siluestrem tendit que sit occultatur quousque ad cauillam exteriorem perueniat. que et uena dicitur sciatica. Ab unaquaque istarum autem cum ad pedem peruenit separantur partes que per pedes segregantur quarum ille que in partibus digitorum minimi solent et soli alueo reperiuntur. uene sciatice partes sunt que in partibus reperiuntur pollicis. uene saphene sunt partes. **De arteriis que a corde procedunt**

Arterie omnes a corde procedentes ab eius sinistra oriuntur concauitate. Ab hac autem due exeunt arterie. quarum una est que minor. una tamen leuatur tunica. que et duarum aliarum arteriarum tunicis gracilior existit. hec quoque in uene transiens essentiam pulmonem ingreditur et per ipsum partitur. Ab alia uero que multum maior est in sua prima egressione duo separantur rami. quorum unus qui minor est ad dextram cordis tendit concauitatem. Alter uero ad ea que circumquaque in cordis consistunt superficie transmittitur. diuiditur ingreditur ipsum et in ipso spargitur. Hec autem arterie pars que post duorum ramorum predictorum separationem ab ea que remansit in duas separantur partes. Quarum una quidem ad inferiores corporis descendit partes. Altera uero superiora petit corporis. Hec autem pars superiora petens in ramos dispertitur ad utrasque dentes latera qui membris in predictorum modorum rectitudine existentibus continuantur et calorem eis innatum ferunt. Hii autem rami tamdiu sic protenduntur donec in directo ascelle existunt. Et a predicta arteria unus egreditur ramus qui una cum uena ascellata ad manum uenit uadit. et per ipsam per manum diuiditur sicut uena diuidi diximus. ab hec autem

al' deponunt

uero ex arteria que oritur ex corde

ramo separantur rami ad occultos et manifestos adiutorii musculos tendentes. Ipse tamen semper coopertus est et occultus usquequo ad cubitum pervenit ubi in multis corporibus ipsius apparet pulsus. Ipse quoque tandiu sub vena vadit ascellata et continuus donec subito per dorsum descendit. Dehinc vero intus penetrat magis et dilatatur et ab eo rami separantur admodum capillorum subtiles qui brachii continuantur musculis. Cum tamen diu fit donec magnam pertransit brachii partem postea vero in duas dividitur partes, quarum una per superius transiens focile ad rascetam vadit. Et hec est arteria quam medici tangunt. Altera similiter eius pars per focile transiens inferius ad rascetam tendit que est minor altera. Hee autem utreque per volam partiuntur, quarum pulsus in dorso vole quandoque apparet. Sed in arteriam quam corde superius petere diximus cum ad locum qui duarum est furcularum medius venit in duas separatur partes. Quarum unaqueque in duas similiter sequestratur partes guidegi vocantur occulte et tamdiu ascendit donec craneum ingrediatur. In hoc autem sui itineris ascensu rami ab ea separantur qui membris occultis et existentibus continuantur sicut in venarum diximus tractatu. Sed cum craneum ingressa fuerit mirabiliter ibi dividitur et fit ex ea illud quod rete cerebro suppositum vocatur. Quia est corpus minutis similiter retibus quorum unum alii supponitur. Post hoc vero retis divisionem adunantur et exeunt a predicto reti due arterie eque magne ut erant antequam in predictum dividerentur rete. Que statim ingrediuntur cerebrum et per ipsum separantur. Alia que istarum duarum pars quedam minor est superius ad faciei et capitis superficiem tendit ubi per membra divisa manifesta sicut guidegi manifesta. Cuius quoque pulsus aliquando post aurem apparet et in tempore. Pulsus autem quandoque in ipsis guidegi apparet. Non est hec arterie pulsus sed est maioris que guidegi continuatur occulte. Et hee due arterie litargice vocantur. Pars autem aliarum duarum cordis arteriarum ad inferiores corporis descendentes partes sub dorsi spondiles posita descendit inferius a qua in unaquaque spondile quidam separantur rami. Quorum quidam tendentes rami dextrorsum et alii sinistrorsum membris que in corpore locantur rectitudine continuantur. Primus autem ramus ab ea egrediens est ille qui ad pulmonem vadit. Post quem sunt alii qui ad musculos inter costas existentes tendunt. Post autem ipsos sunt alii rami ad diafragma procedentes quos alii sequuntur qui ad stomachum et epar et splenem et omentum sive reticulum et intestina et renes et matricem et testiculos et ad vesicam et virgam diriguntur. Quorum quidam et ad dorsum protenduntur donec musculis exterioribus qui morem reperiuntur locorum rectitudine continuantur. Et cum omnes isti rami ad ultimum venerint spondilem in duas separantur partes ad pedes descendentes que eodem modo quo et vena dividuntur. Et non intelligendum aliud nisi quod arterie per membrorum profunditatem vadunt quarum pulsus in inguinibus et sub cavicula intrinsecus et extrinsecus et in pedis dorso aperte magna quadam apparet.

De forma cerebri. cap.

Cerebrum non est solidum sed quasi habet concavitates que ipsi dicuntur ventriculi et sunt scilicet .iii. inter quos et quedam reperiuntur transitus quibus ab uno ad alium perveniri possit. Quorum duo in anteriori parte cerebri statuuntur et unus in medio. Alius autem in occipitio sistitur quorum hec est figura. Verum apud ipsos transitus quedam reperiuntur partes aptas habentes figuras ad hoc ut aperiat eos aliquando et aliter claudat. Duo quoque habet additamenta a duobus anterioribus ventriculis exorta que mamillarum capitibus ad hos que assimilantur colatorio tendunt quibus sensus qui dicitur odoratus perficitur. Hoc vero hos mittis perforatum foraminibus non equalibus sed sauciis in loco cranei ubi nares figantur positum est. Cerebrum quoque ut supradictum duos habet panniculos quorum unus grossus est alter vero subtilis. Subtilis vero cerebro intimum iungatur et in quibusdam locis miscetur. Grossus autem cranio adheret qui et in quibusdam locis cerebro fit multum vicinus et in duobus locis multis perforatus est foraminibus quorum unum est iuxta foramen ubi nares cranio iunguntur. Iuxta hos que colatorium nominatur et aliud est inter os faucium que in galato. Per primum vero hos que superiori narium extremitati coniunguntur anteriorum ventriculorum superfluitates ad nares descendunt. Per secundum autem os quod est in palato medii ventriculi superfluitates et phlegmatis ad os effluunt. Harum autem superfluitatum expulsione cerebrum a multis malis egritudinibus illesum conservatur. Sub cerebro quoque et sub eius panniculo grosso est tertium rete simile quod ex arteriis capitis ascendentibus generatur. A qua due ut intimetur arteriarum diximus et arterie exeunt que ad panniculos intrantes grossius cerebro continuantur. De ortu autem nervorum a cerebro procedentium sufficienter in nervorum tractatu diximus. Capitulum

De forma oculorum. cap.

Oculus ex septem tunicis et tribus componi invenitur humoribus cuius quidem compositionis modum nunc dicturi sumus. Nervus namque concavus qui a cerebro primum egreditur et ad sinum oculi tendens craneum egreditur. Hic autem in suo exitu duobus cerebrum velantibus panniculis qui craneum egrediens ad sinum ocularis pervenit ossis. Ubi quoque ab eo grossius separatur qui investimentum est et toti superficiei ocularis ossis transit panniculus. Hic autem panniculus a cirurgicis ex tunicis vocatur sclirotica. Subsequitur quoque a predicto nervo panniculus separatur subtilis qui sub sclirotica in aliud transit vestimentum et panniculus qui secundina vocatur eo quod secundine mulierum similis existit. Dilatatur postea nervus iste et sub predictis duobus fit ex eo quoque panniculus quidam qui retina vocatur tunica. In hac autem tunice medio quoddam postea molle generatur corpus humidum quod in colore vitri assimilatum vitreus appellatur humor. In cuius similiter medio aliud procreatur corpus cum rotunditate quadam participans latitudine quod quoniam in sua mediatione grandini simile est et grandineus vocatur humor. Cuius medietas predicto vitreo circumdatur humore. Aliam autem ipsius medietatem quandam circumdat tunica que multum minutissima cum aranee tele sit simillima aranea nominatur tela. Super hanc autem quoddam vocatur liquidum corpus quod quoniam albugini ovi assimilatur albugineus dictus est humor. Secundum corpus ponitur subtile intrinsecus videlicet a parte huius albuginei rugosum, extrinsecus vero tensum cuius quidem color in corporibus diversificatur. Aliis autem niger multum quoniam minus, aliis est et varius. In hac autem medio in loco scilicet grandineo opposito humori est foramen quod quandoque dilatatur quandoque constringitur prout grandineo humori ad luminis necessarium fuit. Constringitur cum lumen est multum et dilatatur cum est obscurum. Hoc autem foramen est pupilla. Predictus vero panniculus uvea nominatur tunica. Huic vero tunice aliud quoddam supponitur corpus eam cooperiens spissum et durum. Clarumque coloris albi est cornu frustulo simile quod cornea nominatur tunica. Que sine colore tunice sibi supposite colorem colorat que uvea nominatur tunica quemadmodum cum vitro vasculo incluso aliquid supponitur a quo colorem suscipit. Et sic istud vestimentum non tamen super totum sed usque ad ingredientem oculi pertingens aliud locatur corpus quod est durum et albi coloris et coniunctiva vocatur tunica quod ideo quoniam modo apparet album. Tunica autem ista exterior que est extrinsecus supponitur cranio nascitur. Cornea vero a sclirotica nascitur tunica. Uvea autem nascitur a secundina et aranea tela ex retina paratur.

Capitulum de forma narium

Narium foramina ascendendo in duas separantur partes quarum unum intrinsecus ad oris tendit extremitatem. Aliud vero superius usque ad hos qui assimilatur colatorio porrigitur. Ad autem duo cerebri additamenta mamillarum additamentis positum est. Et per hunc transitum fit odoratus. Sed per primum foramen quod oris coniungitur extremitati solius aeris pervenit attractio non illa que quandoque solet fieri hore.

Auris foramen in osse duro quod vocatur petrosum invenitur. Est autem os valde tortuosum et multas habet revolutiones et taliter protenditur usque ad nervum quinti paris qui a cerebro exoritur per quem fit auditus. **Capitulum de forma lingue.**

Lingua est caro mollis et alba que multis parvis circumdatur venis in quibus existit venis sanguis quam ob rem eius color in rubeum mutatur. Sub vero parte eius inferiori vene sunt et arterie multe et nervi multi quorum omnium magnitudo lingue supermissum. Sunt et sub ea orificia duo a quibus egreditur saliva que usque ad carnem glandulosam et mollem que est lingua posita protenditur. Hec autem caro salivam generans nominatur et duo predicta orificia salivam emittentia nominantur pro ipsa est duo humorum naturalis in lingua et uveis que sunt circa ipsam remanent. **De forma hominis et gutturis.**

Hominis extremitas ad duo tendit foramina. Quorum unum quidem quod anterius vocatur trachea arteria que a cirurgicis pulmonis canalis dicitur. Alterum vero posterius ad partem colli sive eius medulle spondiles positum meri vocatur per quod cibus transit et potus. Per tracheam vero arteriam non transit nisi aer qui attrahitur et emittitur per anhelitum. Cum coopertorium ipsius commune factum est quod cum cibo intrante cooperitur. Quod ideo factum est ne aliquid eorum que intrant ipsum ingrediatur. Nam cum ipsum aliquid ingreditur homini estuatio accidit et vocabiliter digito similis dispositioni que accidit alicui cum ad interiora naribus ponitur usque sternutatio incipiat. Eodem quoque modo estuat pulmo et fit in eo tussis fortis quousque illud quod intromissum est in arteria proiectum fuit. Ista autem membrorum dispositio valde bene facta fuit quia et per hoc foramen ad pulmonem fit transitus cumque pulmo nutrimentis istum non sit sed attractioni aeris non interius perforatur unde si in ipsum aliquid caderet aeris attractio angustaretur necesse fuit ut custodiretur. Fuit itaque satis provisum ne istud accidere possit nisi raro. Quod tamen simile accidit cum homo aut tussit aut clamat aut clamat loquitur et trahit cibum et simul attrahit aerem. Quod cum accidit non quiescit tussiendo donec totum illud expellatur. In hoc quoque loco necessarium istarum fuit factum. Unde est quod ex aere generatur attractio que est ei materia. Inibi quoque loco istum ad vocis generationem apta fuit non ad unum solum vocis generationem sed ad omnes generandos modos eius quorum unum est istum quod epiglotus vocatur ex tribus taliter compositum cartillaginibus que ad vocis generationem sunt apta. Aliud vero eorum est quedam que lingue assimilatur fistule quod omnibus aliis vocis istius existit nobilius. Alia sunt multi nodi ad generandos modos apti que in hoc loco sunt necessarii per quorum diversitatem figurarum diversi vocis provenerunt modi. Omnia autem membra hec scilicet trachea arteria et canales pulmonis et totus pulmo pectusque totum cum hiis omnibus suis musculis suisque panniculis et diafragma propter aeris attractionem facta sunt. Postea vero ab aeris attractione per epiglotum et eorum lingue fistule assimilatur provenit vox. Post hec autem et licet auxilio lingue et labiorum et dentium et omnium eorum que sunt in hore perficiuntur. **De forma totius ventris.**

[..]a que membra fecerunt / loquela[m] ... (left margin note)

Concavitas enim totius ventris que a furcula usque ad duo ancharum ossa invenitur in duas magnas separatur partes. Quarum que superior est pulmonem continet et cor. Altera vero que est inferior stomachum continet, intestina et epar et splen et fel et renes et vesicam et matricem. Has autem concavitates quoddam separat membrum quod diafragma nuncupatur. Diafragma quidem incipit a capite toracis et ex transverso tendit inferius ad utrumque latus donec duodecime spondili continuetur dorsi separans ea que supra dorsum ipsius sunt ab hiis que sunt sub ipso. Superior autem concavitas in duas iterum distinguitur partes quas alius pannicus distinguit diafragmati similis tendens per medium quousque dorsi continuatur spondilibus. Et sit earum trium continuatarum figura talis. Tota vero superior concavitas pectus vocatur. Cuius superior terminus sunt gule, inferior vero diafragma ventrem in latitudine dividens. Et hec quam diximus est pectoris figura. (right margin: al' furcle)

Pulmonis autem canalis ab hominis extremitate incipit. Qui cum ad locum qui est sub furculis pervenerit in duas dividitur partes quarum unaqueque iterum in multas separatur partes inter quas caro que est in pulmone texitur et solidatur. Et ex istis canalibus qui sic dividuntur et ex venis et que ad eos veniunt necnon ex carne que eos circumdat corpus generatur pulmonis cuius una medietas in concavitate pectoris dextra, altera in sinistra locatur. Altera autem trachea arteria ex canalibus duas ipsi continuas habentibus partes componitur quarum extremitates panniculis mollibus sed recta incedens linea continuatur ut in hac apparet figura. Inter istos vero anulos molles continuantur panniculi. Ipsi vero anuli duri sunt et cartillaginosi. Pars autem anuli gibbosa exterius in parte eorum manifesta ponitur que et manu tangi potest. Locus vero eius rectus meri coniungitur. Quod si cum tu imagineris duas canales parum longas ex una quarum ascendendo terciam auferens partem et postea scissure loco pergameno claudas cum in longitudine cum alia integram addias perficiatur iunctio que trachee arterie et meri coniunctionis forma intelligi potest. Tota autem superior concavitas non ob aliud est nisi ut aer attrahatur. Pectus cum dilatatur pulmonem trahit ipsum dilatat. Et cum pulmo dilatatur ex interiore trahit aerem et fit una duarum partium anhelitus que est aeris attractio. Postea vero constringit pectus cum quo constringitur et pulmo et fit ex constrictione eius aeris expulsio que est anhelitus pars secunda. Extractio autem aeris attractio et ipsius expulsio ad calidi sunt evaporationem [?]. Fuit necesse pars est attractio aeris foramina que inter pulmonem existunt ad cor vadit. Qui cum calefactus fuerit necesse est mutari vel expelli. Ideoque pectus constringit pulmonem qui constrictus expellit. Iterum dilatatur pectus et dilatato pectore pulmonem qui dilatatus aliunde attrahit aerem. Sic fit in follibus quibus eventatur ignis qui cum dilatati aere implentur et qui cum constringuntur ab aere evacuantur. Ideoque pectus in longitudine in duas divisum sunt concavitates et in unaquaque earum pulmonis medietas locata sunt ut anhelitus duo habeat instrumenta ut si in aliquo contigerit malum accidens cum alio id quod necesse est operari possit. Quod similiter in oculis factum fuit. Attractio est hoc sive anhelitus propter sue nobilitatis potentiam vehementiam necessitatis ipsius ut vita perduret. Ut melius conservaret necessarium fuit quod pectori bene factum fuit pectori. Cum sepe accidat percussio ex qua una est perforata concavitas. Sed cum alia perficiat anhelitum per quod ei necesse est. Duo vero eius latera si fuerint perforata animal non durat nisi parum post quam illud quod sufficeret. Sed quia trachea arteria apparet occulta meri antica sunt que est foramen per quod cibus transit et potus ideo panniculis mollis a parte predicti meri positus sunt ut cum meri cum propter nimiam repletionem compleverit cedat ei et non angustetur meri. Et nisi nollem hic libri mensuram conservare istorum membrorum formis et ipsorum iuvamentis ubi amplificarem. Quod diminutis brevissima comprehendendo ubi brevitati insistimus inquantum possumus. **Capitulum de forma cordis et iuvamento eius.**

Cor in figura sua pinee assimilatur cuius quidem caput grossum quodam modo acutum est ad inferiora eius tendit. Cuius vero radix superius est. Cor autem cassulam habet que ex spisso constat panniculo ipsum circumdante. Hec autem non totaliter tamen sed propter suam radicem ei continua[illegible]

Cor autem in medio positum est pectoris cuius quidem caput tornatile ad sinistram partem declinat partem, a qua magis tamen exoritur. Unde etiam pulsus in sinistra magis apparet parte. Duos preterea et magnos habet ventriculos quorum unus in dextro est latere, alter in sinistro. Invenitur et inferius origine vel sua radice quedam quod cartilaginem assimilatur que totius cordis est basis. Inter dextrum autem ventriculum ac sinistrum quedam reperiuntur foramina. Dexter vero duo habet orificia quorum est quod procedit a vena que oritur ab epate ingreditur et per quam sanguis ad dextrum cordis transit ventriculum. Super et hos panniculi existunt quorum incessio deforis incipiens intus completur. Quod ideo fiunt ut reflectatur ad illud quod ingreditur. Alterum vero hoc est os vene que et ab hoc ventriculo pulmonis continuatur que etiam cum sit vena et non arteria sue tamen tunice grosse sunt et spisse. Unde ab anothomicis vena vocatur arteriosa. Arteriarum et tunice grossiores sunt et duriores et spissiores tunicis venarum. Quod ideo sic esse debuit quia arterie assidue moventur quamdiu homo vivit ex quo motu si contingeret eas rumpi maius sequeretur nocumentum quam ex venarum ruptura. Super hoc autem hoc panniculi quorum incessus ab interioribus incipiens foris finit ab hoc ut redeunt et reflectatur ad id quod a corde egreditur. Ventriculus itidem sinister duo habet orificia quorum unum est hos magne arterie, id est orthi, a qua totius cordis oriuntur arterie. Super hoc quoque os panniculi reperiuntur quorum incessus ab interioribus incipiens finiunt foris ad hoc ut redit et reflectatur ad illud quod a corde egreditur de spiritu et sanguine. Aliud vero est os vene arterialis quod ad pulmonem tendit et in quo aeris est penetratio per quam a pulmone aer ad cor transmittitur. Sed quia et duo reperiuntur panniculi quorum ingressus deforis incipiens ipsi deforis completur. Ad hoc scilicet ut apti fiant ut aer per eos ad cor intrare possit. Duo quoque preterea habet additamenta auricularia et sinistrum quoque et illia quorum unum dextrum est aliud sinistrum. Pulmo quoque cor cooperiens prohibens ne ossa pectoris anteriora ipsum tangant.

Capitulum de forma meri et stomachi

In precedentibus iam ostensum est in hominis extremitate duos esse meatus, quorum unum est ut aer ad pulmones transit et hic est qui trachea arteria est. Alter vero comesta et bibita per ipsum ad stomachum transeunt que est meri. Meatus autem hic qui meri vocatur secundum colli spondiles retro positus est qui inferius descendendo vadit donec perforat diafragma semper existens ligatum cum spondilibus. Post cuius quandam qui postquam perforat diafragma dilatatur et illic est membrum quod vocatur stomachus, qui etiam post predictam perforationem diafragmatis in parte parum inclinat sinistram. Unde caput stomachi ad sinistram partem inclinatum reperitur. Ipsius vero fundus ad dextram inclinat partem. Quod si tu imaginaris cucurbitam rotundam longi colli superius cui ab inferiori aliud continetur collum, erit sic videntes stomachi et meri figuram. Stomachus preterea a parte que est in parte dorsi est aliquantulum latus. Cuius unum caput quod est superius est meri. Alterum vero quod est inferiori parte est intestinorum. Est enim ligatus cum spondilibus et cum aliis visceribus ligamentis firmis que eum firmiter tenent. Firmitudo autem eius ligationis sublevat pondus omnium inferiorum et propter corporis expedit nobilitatis et eius nec fluit et tumido super ea. Meatus autem stomachi qui est inferius portonarium vocatur. Quod postquam cibus stomachi adunatus fuerit et trahitur et clauditur intantum quod nichil ab eo et aqua egredi potest donec digestio compleatur vel cibus compleatur corrumpatur. Deinde aperitur donec quod est intus ad intestina currat et locus quidem hic ut predictum est ortus intestinorum principium est stomachi quoque cor extrinsecus componitur tunicis quarum una in longitudine suos villos habet extendentes. Alia vero eos habet in latitudine tendentes. Tertia vero habet eos obliquos ex transverso transeuntes. Iuvamentum longum est per singula narrare.

De forma intestinorum

Ex duabus tunicis intestina composita reperiuntur. Superiori vero tunica viscositas quedam adherens reperitur. Hic stagnatio que fit in vasis. Intestina vero omnia .vi. tantum sunt. al' .vi. Quorum tria superiora sunt gracilia et alia tria que sunt inferiora sunt grossa. Gracilium autem primum est intestinum quod inferiori hora stomachi continuari invenitur quod duodenum vocatur. Hic autem aliud sequitur intestinum quod vocatur ieiunum quod dum erecta stat in longitudine extenditur cor. Orificia tamen per que epar venit minutum plura sunt in isto intestino, id est ieiuno, quam in aliis quod orificia in epatis tractatu nominabuntur. Post hoc vero intestinum sequitur quoddam aliud quod minutum vocatur quod multis involutum involutionibus invenitur. Horum autem trium intestinorum amplitudo portonarii amplitudini in magnitudine reperitur equalis. Post hoc vero aliud sequitur intestinum quod monoculum vocatur. Hoc autem est intestinum amplum unum tantum habens foramen ac si esset saccus vel marsupium. Habet quia hoc unum per quod illud quod habet una ingreditur, alia habet egredi esse. Et quod in dextro locatur latere. Post istud quod sequitur intestinum quod colon vocatur, cuius quidem principium in dextro existit latere. Sed ipsum per latitudinem ventris ad latus sinistrum porrigitur. Post hoc autem rectum sequitur intestinum in quo cum ampla habeat concavitate colligitur in eo stercus sic in vesica adunatur urina. Huius autem intestini extremitas anus est sed quod est musculus prohibens exire stercus donec desiderium adsit quod ipsum solvit.

De forma epatis

Epar in dextro latere positum sub costis superioribus que sunt propter hoc locatur. Cuius quidem figura lunaris est quod interius a parte stomachi concavum est; convexum habet preterea additamenta quedam quattuor quinque ~~.iiii.~~ quinque .v. inveniuntur quod et dextrum latus completur stomachi a parte autem diafragmatis invenitur eius gibbositas et est ligatum ligamentis que continuant epar panniculo qui est super ipsum. Ex hoc autem concavitate canalis quidam nascitur qui porta vocatur epatis, cuius figura vene tenuis similitudinem sanguinem vero non retinens. Hic autem canalis multas sepius partes que iterum in multas dividuntur partes, quarum multe divisiones inferius tendunt stomachi et multe istarum ad duodenum et divisiones multe ad ieiunum vadunt et sic etiam ad alia pretenduntur intestina donec ad intestinum pervenerint rectum. Et ista quidem sunt orificia que nominavimus per que nutrimentum epatis transmittitur quod in suo transitu non cessat nec extrinsecus ad locum ampliorem donec aggrediatur in canali qui est epatis porta. Per quas autem canalis in interiori epatis parte partes admodum capillorum subtiles dividit in quibus nutrimento quod tractata fuit ad epatis dispositionem et a concavitate epatis tandem coquitur donec sanguis fiat. A gibbo vero epatis magna exoritur vena, a qua et totius corporis vene originem sumunt sic invenitur dixit in anothomia. Hec quoque vene in dividuntur partes admodum capillorum subtiles sequuntur que partibus a concavitate que vocatur porta se gibbositatis coniunguntur. Et sic fit ut sanguis a divisionibus porte ascendens ad partes vene que ex gibbo oritur transeat. Qui postquam in partibus a gibbo venientibus fuerit tamdiu per graciliori parte ad ampliorem transeundo elevatur donec totus sanguis in vena que de gibbo egreditur epatis congregetur.

Capitulum de forma splenis

5 Splen secundum suam figuram longus est co-
qui in sinistram ponitur partem quibusdam vero ligamentis que panniculo qui est super eum continuatur et ab una parte adheret stomacho altera vero dorsi costis continuatur. A quo duo exoriuntur pori

quorum unus ad hoc stomachi. alter vero ad epatis concavitatem tendit.
Fel super epar locatum duos similiter habet **De forma fellis et fellis**
poros. Quorum unus ad epatis vadit concavitatem: alter vero inpi
tes sepius quod ab inferiori tendunt intestina et ad fundum stomachi. (al' superior)
Renes sub epate ab utraque parte **capitulum de forma renum.**
Super spondilium dorsi positi sunt. quorum dexter altiorem tenet lo
cum quam sinister. autem horum duo habent colla quorum unum est a latere in
quo est ad magnam que est in gibbo epatis venam tendit. Alterum vero
inferius descendit donec vessice in umbilicum continuetur. Ista autem
que ad vessicam tendunt porri urinales sunt et vocantur urine **cap**
Vessica urine est vas et eius receptaculum quod inter **de forma vessice.**
femur locata est autem ex duabus tunicis composita super hoc vero
eius quidam sunt musculi qui ipsum constringunt et prohibent ne urina
a vessica involuntarie egrediatur donec voluntas eam dimittat.
Ad vessicam a renibus per duo colla profluit urina que emunctoria vo
cari diximus que cum ad vessicam pervenerint et unam perforant tunicam
et postea inter duas transeunt ipsi tunicas donec ad collum per
venerint vessice non aliam perforantia tunicam ad vessicam descendunt
concavitatem. **De sumis et collectoribus iuvamenti istorum et fil**
Hos supra sensus tactus qui omnibus **inest membris quos ex pluribus invenit:**
membris est communis gustando sensum habet proprium. Quod ideo fuit
ut inter ea que suavitatem afferunt et delectationem afferunt et ea que hor
ribilitatem discernat. Res enim delectationem afferentes plus alunt
nutriunt et proficiunt. Lingua quoque prestat magnum iuvamentum quod in
loquele formatione tenet cibum cum masticatur in ore revolutum
quod oportet necesse est donec equaliter molatur. In quo moliendo manus (al' moledinarii)
similitudinem tenet que ea que mollienda sunt necessaria revolvit.
Dentes quoque tripli sunt eorum enim quidam sunt ad incidendum apti
et quibus quidam dicuntur duales alii quadrupli. alii vero facti sunt ut
ad aliqua constringenda apti essent et ipsi sunt canini. Alii autem
ut apti fierent ad molendum et sunt molares. Et preterea in denti
bus quidam quod in nobilibus est ad sciendum sapientie. scilicet quod incisores et qua
drupli sibi adiuncte obviando cum necesse fuerit se tangunt. Quod tamen
contingit cum ad mordendum fuerit quod nullo modo fieri posset nisi inferior
mandibula tamdiu procederet anterius donec inferiores dentes superioribus
obviare ut in rectitudine iungantur. Cum autem cibus masti
candus vel molendus fuerit mandibula inferior ad locum suum tendit et (a. al' tendit)
incisores et quadrupli inferiores intus trahuntur. et superioribus ut
prius non occurrunt. Et cum hoc accidit ut molares superiores sive infe
riores accidunt cum necesse fuerit quod tamen accidit cum masticandum fuerit
Impossibile enim erat ut duales et quadrupli superiores sive occurren
do inferioribus iungerentur. itaque molares sibi invicem obviarent quod
eis accidit cum ad stringendum. Molarium preterea radices aliorum dentium (al' qua.)
radicibus plures sunt. quia ipsorum actio multa est et longa. Molares
et quidem superiores plures habent radices quia pendent maxime quare adhi
bita est cautela ne ad eorum que comeduntur tractum migdiant arteria
sicut supra fuit ostensum. In hoc enim transglutiendi meri descendit
inferius et epiglotis elevatur superius et tunc trachee arterie suum cooperimentum
adheret cooperculum et tali quod est transglutiendum sicut predictum est dolium transit
cooperculum donec perveniat ad meri sed postquam ad stomachum descendit quod con
meditur stomachus ipsum circuit et portonarium claudit quod et sic manet
donec digestio compleatur. Ipse etiam stomachus a parte dextra ab epate et sinistra
a splene: anterius vero a zirbo et posterius a renibus dorsi circumdatur. Que
omnia idcirco sunt posita circum ut calorem retineant et ut ipsum stomachum mul
tum calefaciat. Cibus autem in stomacho tali mora tamdiu digeritur
donec suco assimiletur per quod predicta orificia ad epar tendentia ad epar

(nota quod ... pot... ch... quod digestio ... fit simultanea)

transire sit aptus. Que ideo multa fuerunt. quia si unum tantum esset
et per unum solum iter locum deficeret adeo quod cibus descendit a loco et
egrederetur per directum. Quam ob rem predicta orificia multa fuerunt
que in maiori concavitati intestinorum parti continuantur. ut unum quod predictis
orificiis unum preterit ab aliis trahatur. In testis quia fuerunt mul
te revolutiones ut quod comeditur tamdiu teneri possit donec tota suco
sitas que est in ipso attrahatur et cibus qui est in ipso non labatur. Actio
vero huius scilicet attendi fit completur in eo intestino quod monoculum vocatur.
Quod enim ab isto egreditur intestino nichil in se retinet quod ad nu
triendum valeat. Nam putredo in eo multum prevaleat ideo. Et quia quod
ad epar trahitur in prima carne tamdiu capitur donec in sanguinem tran
seat et necesse fuit ut quod attrahitur tamdiu patiatur donec prima ei quan
titas a multa in epatis carne recidet. Que ei conversio velocior multa
fit et facilis. ideo canalis que porta vocatur epatis cum quicquid trahit ad nu
triendum adiungit in partes minutas epatis concavitate separatur. Quod
sibi factum est ut quod attrahitur in sanguinem velociter et facile convertitur.
Et quia membra nutriri et augeri absque sanguine mundo et convenienti (nota)
numquam possent. Cum sanguine autem simul due generantur superfluitates quas
non generari tempore est eo quod in omnibus coctionibus et digestionibus sic fieri
contingit quarum una feci assimilatur. Alia spume similis invenitur
necesse fuit ut sanguis ab illis mundificaretur. Quapropter factum fu
it fel huius collum quod tamdiu protenditur donec epatis ingreditur concavitatem
per quod colera rubea trahitur que simul cum sanguine generatur. Splen quoque cum factus fuit
similiter huius collum ad epar tendens a quo alia trahitur superfluitas ex
qua colera generatur nigra. Remanet ergo sanguis tamen mundus nec
in se continens colera rubea vel nigra nisi quod est necesse. Subtilior tamen est
quam necesse sit. Oportet ergo ut aquosa superfluitas que in eo remansit ab
ipso expellatur quod tamdiu faciendum est donec grossitudinem habet quo ad
carnem generandam aptus fiat. Quam ob rem facti sunt renes a quibus uno
quoque quorum collum habet longum protensum fuit tendens ad venam que est in gib
bo epatis. A quo loco aquositas que est in sanguine antequam sanguis elevetur
et ibi ad membra per predictum trahitur collum. Quia si vero sanguis ab
predictis purgatus fuit superfluitatibus tunc sua pura et completa erit
mundificatio et erit aptus nutrire membra et augmentare ea per ut eis
convenientes fuerunt. Et tu scies magnitudinem iuvamenti quod habetur ex
purgatione sanguinis ab istis superfluitatibus cum accidentia que istis eve
niunt consideramus. fel enim cum coleram rubeam non trahit sed cum san
guine diu dimittitur donec ad membra vadit nutriendo. in leve
quia ex colera rubea fiunt egritudines accidunt sicut yctericia. pustule ru
bee et formica et rubedo que accidit cum pruritu et febres acute.
et his similia. Splen quoque cum non trahit coleram nigram. colere nigre
egritudines accidunt. sicut yctericia nigra. et morphea nigra et
impetigo et lentigines et lepra et mulia et similia. Aquosa vero superflui
tas si non traheretur a renibus. una duarum specierum ydropisis ascli
tes vel yposarca generaretur. Nisi ergo predicta tria istarum essent predicte assi
due accideret egritudines. Quia habet collum fellis et collum splenis ad epatis
concavitatem venientia que expellenda erant ab ea trahunt. mirabi
lis est actum ac sapiens. A renibus autem duo venam ab epate ascenden
tem colla duo dirigunt que in aqua continebunt superfluitatem. Quia
est quia preterea quia sanguini fuit necesse ad hunc elevarentur locum in
meatibus in superfluitate capillorum minutis tunc optime ut hec aquositas
in ipso relinqueretur quia sua subtilitate sibi remaneret. quamvis ipsum
sit velocitate ascensionis sue in istis meatibus. Quam ob rem
in stomacho trahentes ipsum non illic continuatum fuit. Sed postquam ascendit
et in istis subtilibus in his penetravit et pervenit ad venam amplam que
cava est a sua subtilitate et indiguit grossitudine sua et victu

est ei illic. Et qui ascendit ad istas uenas sanguis mundus
profusus diuiditur corpori ut omnia corporis imbibat membra et suam unicuique de
neget particulam. que sibi quantitate ipsius iuste contingat ut in
uenarum dyurnam diuisionem. Sanguis autem qui in membris sic diuisus
est unicuique ipsorum in ipsi conuertitur naturaliter et sic nutrit et auget ipsum
si corpus adhuc indigeat augmento. sin autem ea que ab eo soluta
sunt restaurantur. si non dum minuitur corpus. Si autem iam minui incipit
minimum eo restauratur quod dissolutum est. Actio autem que in diximus
finalis existit eius. quia omnibus nutritionibus membris indigent animal
et restris. Et ne predicte superfluitates a quibus sanguis purgatur omnino
inutiles uideret fecit eas deus qui sit benedictus alius magnus uti
les inuaminis. Fel enim uno suo collo. sanguinem a colera. in. pur
gat ut predictum est. alio uero collo ipsius diuersis intestinis ut ipsi
colera acuitate et punctione sua intestina ad stercoris expulsionem
commouere faciat. et hec causa quia corpus a stercore purgatur et secundum ast
coris induitur et ipsi fetore. Splen quoque feculentam tantum superflu
itatem a qua sanguinem purgatum continet eam. adhuc donec ipsi ace
tositas sit adepta ipotentiam. Postea uero ore stomachi exeat ad ma
tat cotidie ut sua acredine et ponticitate appetitum indeo excitet
et commoueat quod postea similiter cum stercore eicitur. Renes autem ut predictum
est aquosam superfluitatem trahunt sanguinis ex parte que eis conuenit in
predictam superfluitatem recepta mittunt. Reliqua uero eius pars per duo fora
mina que notauimus ad uessicam transmittit. Vessica uero ampla fu
it ut non sit necesse animal continue ad mingendum surgere. Super cuius
hos musculus quidam positus fuit qui ipsius adeo constringit ne ad ab
ea exeat nisi prius plena fuerit et estuare incipiat per multitudinem
urine et eius acuitate et tunc uolitarie soluitur et urina eius expellitur
Duorum autem foraminum renum tristis mirabili et sapiente est fact
dicione est quia cum uessica inflatur. uenit tamen non ab ea egreditur quamuis in
ea sint duo foramina per que uidi ingreditur. per quod et sanguinis aquositas
que est urina a renibus ad uessicam dilabitur. Ad ideo fit quia duo colla per
tota foramina una uessice perforant. tunicam et perforando inter duas
ipsi tunicas transeunt collo donec augmentur uessice. non et aliam perforant
tunicam. Inde quia omnia uessice concauitatem intrantia eius interiorem ostendit
dunt tunicam et exterior appropinquare faciunt. Vnde et quanto magis
impletur tanto magis eius tunice coniunguntur. Quam ob rem foramina predicta
adeo coartantur ut nichil ex urina postquam in uessica fuerit retro redire
possit. Vnde quia sicale emulgeat et non cessat urina emulgendo ad
uessicam fluere. donec ab ea grauetur. Que postquam estuatio ista
presentit laxatur musculus hos uessice constringens et constringens uessica ex
clabitur urina. A stercore autem spisso postquam illud quod ad nutriri potest ab
stractum fuerit. quod relictum fuerit ad rectum mittitur intestinum. quod habet
amplam concauitatem ut quod ibi aggregatur ex stercore colligere et retinere
possit ne semper ad egerendum surgere sit necesse. Ad post quam ab
eo quod ibi retentum est agrauari uel pungi incipit sentit estua
tionem istam. et animal musculum uolitarie laxat qui ipsum claudebat
et egreditur stercus. Et ad hunc modum nutritionis procedit regi
men ex quo ad nutiens ingreditur corpus donec ipsum corpus ex eo quod ipsum nu
trire debet nutriatur et superfluitas ab ea diuisa expellatur. De forma uentris
Sub cute qua uenit in pellicula uel uentris que arabice dicitur sifac
exterius cooperitur intus oculta inuenitur quam notauimus. al. ceto
inuenimus musculi quos notauimus per quos. in inferioribus est pa
niculus quidam rugosus qui uocatur sifac postquam est girbus. per quos
sunt intestina. Ruptura uero que inmine accidit est quando rumpitur hoc sifac
Os osse femoris quod dicitur. De forma testiculorum et uirge.
Generosum oritur multum habens foramina sub quo mittenda

ple uene exibunt artie. supra id quod eis mittitur miscentur et uene. Cor
uero predictum uile est membrum. Assistit preterea duo descendunt cana
les qui eis a renibus a quibus bum epis insimul protendunt foramini
bus in situ natura siles aspiciunt. Ex quibus postea dilatatis interiores
folliculi testiculorum tunice generantur in quibus ipsi continentur testiculi. Ve
niunt ergo ad partes testiculorum a partibus inferiorum uenarum tamquam quedam
que multipliciter inuoluti eorum carne glandulosa et albe confunduntur.
que quidem sanguinis in eis est adeo inmutatur que album fit. et sic et alique
pars uentositatis spiritus postea uero ab hac carne ad testiculos trans
mittitur ubi sua completur confusio et in suam transit speciem et perfectum fit sperma.
Ibique duo generantur foramina que ad uirgam uadunt cum erectio fit cum
ipsi que in uirga sunt foramina grossa replentur uentositate et eius ue
ne sanguine sibi replete fuerint. Et non quiescit erectio sua quousque
extenduntur et fiunt uasa ex quibus est spiritus et commouentur ad expellen
dum quod est in eis per multitudinem et mordicationem suam quod quia in eis est
expellere appetunt. uel quia spiritus quod est in eis est multum uel quia est acutum
Vena autem exeuntis quibus est hoc contingit. et cum carpus urgent aliquod corpus ideo
urinam habent ipsum se constringendo uel scapulando. Et hoc enim ad spiritus
uasa tendunt et euomant quod in eis est mittunt. capitulum de forma
Mamille ex neruis et arteriis et uenis composite inueniuntur mamil
lorumque carnis glandose et albe spongiose solidari et spissari lac
inuenitur. Et quia eius natura lacti assimilatur natura creauit eam deus qui sit benedictus
deus. ut ad lactis conuersionem et generationem apte foret. Vene autem iste
et artie in mamillis subtiliter diuiduntur. et in artie et uene in mami
lla in diuersos subtiles diuiduntur et reuoluunt et inuoluuntur inuoluti
omnibus multis et comprehendunt illam carnem lactis generatiuam et conuer
